m cclvii mr cl l cclvii buntur et aquilae; Statim autem post tribulationem dierum illorum
sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum; et stellae cadent
de caelo, et uirtutes caelorum commouebuntur; et tunc parebit
m cclviii mr cli l cclviii signum filii hominis in caelo; Et tunc plangent omnes tribus terrae
et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute
multa et maiestate; et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna
et congregabunt electos eius a quattuor uentis a summis caelorum
usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam;
cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis quia prope
est aestas; ita et uos cum uideritis haec omnia, scitote quia prope
est in ianuis; Amen dico uobis, quia non praeteribit haec gene
ratio, donec omnia fiant; Caelum et terra transibunt, uerba
m cclx mr clii uero mea non praeteribunt; De die autem illa et hora nemo
scit, neque angeli caelorum, nisi pater solus; Sicut autem in di m cclxi L ccvi
ebus noe, ita erit et aduentus filii hominis; Sicut enim erant in
diebus ante diluuium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui
tradentes, usque ad eum diem quo introiuit arcam noe,
et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes; ita
m cclxii l ccxii et aduentus filii hominis; Tunc duo erunt in agro, unus assume
tur et unus relinquetur; Duae molentes in mola, una assumetur
et una relinquetur; Duo in lecto, unus assumetur et unus relin
m cclxiii mr cliii quetur; Uigilate ergo quia nescitis qua hora dns uester uentu
rus sit; Illud autem scitote quod si sciret pater familias qua hora m cclxiiii mr clv l clvi
fur uenturus esset, uigilaret utique et non sineret perfodiri
domum suam; ideo et uos estote parati, quia qua nescitis hora
m cclxv l clvii filius hominis uenturus est; Quis putas est fidelis seruus et pru
m cclxvi l clv · l clvi dens quem constituit dns suus supra familiam suam ut det illis cibum
in tempore; Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus eius
inuenerit sic facientem; Amen dico uob· quoniam super omnia bona sua
m cclxvii l clviii constituet eum; Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo